Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



primus reg

150

tu aut iuda triginta milia et
e dixerunt nuntios qui venerat
sic dicetis viris qui sunt in ia
bes galaad. Cras erit vobis
salus cum incaluerit sol. Vene
runt ergo nuntij et nuntiauerunt
viris iabes: qui letati sunt et
dixerunt iam hanc exibimus ad vos
et facietis nobis omne quod pla-
cuit vobis et factum est cum dies
tertius venisset. constituit sa-
f ul populum in tres partes et in-
gressus est media castra in vigi-
lia matutina. et percussit amon
usque dum incalesceret dies. Re
liqui autem dispersi sunt. ita ut
relinquerentur in eis duo pariter
et ait populus ad samuel. Quis
est iste qui dixit saul non reg
nabit super nos. Date viros et
interficiamus eos et ait saul No
g quidet quisquam in die hac. qua
hodie fecit dominus salutem in israel
Dixit autem samuel ad populum. Ve
nite et eamus in galgala et in
nouemus ibi regnum. et iuerunt
omnis populus in galgala: et
fecerunt ibi regem saul coram
domino in galgala et immolauerunt
ibi victimas pacificas coram
domino et letatus est ibi saul et
omnis vir israel nimis. Dixit

a Dixit autem samuel ad po-
pulum israel. Ecce au
diui vocem vestram in
cuncta quae locuti estis ad me
et constitui super vos regem et nunc
ecce gradiatur ante vos ego autem
senui et incanui. porro filij
mei vobiscum sunt. Itaque conuer-
satus coram vobis ab adolescen
tia mea usque ad hanc diem. ec
ce ego sum. Loquimini de me co
ram domino et coram christo eius.
Vtrum bouem cuiusquam tulerim aut

asinum. si quemquam calumniatus sum
si oppressi aliquem. si de manu cu
iusquam munus accepi. et contemnam
illud hodie restituamque vobis
et dixerunt. Non es calumniatus
nos: neque oppressisti. neque tulis
ti de manu alicuius quippiam
Dixitque ad eos. Testis est do-
minus adsum vobis et testis chris-
tus eius in die hac. quia non inue-
nistis in manu mea quippiam
et dixerunt. Testis. et ait samu
el ad populum. Dominus qui fecit mo
ysen et aaron. et eduxit pa
tres nostros de terra egipti adest
Nunc ergo state ut iudicio conten
dam aduersum vos coram domino de
omnibus iusticiis domini quas
c fecit vobiscum et cum patribus ves-
tris: quomodo iacob ingressus est
in egiptum. et clamauerunt patres
vestri ad dominum: et misit dominus
moysen et aaron: et eduxit pa
tres vestros de egipto et collocauit
eos in loco hoc cum obliti essent
domini dei sui: et tradidit eos in
manu sisare magistri militiae
asor: et in manu philistino
rum. et in manu regis moab. et
pugnauerunt aduersum eos. Postea
autem clamauerunt ad dominum et dixe
runt. peccauimus quia dereliquimus
dominum et seruiuimus baalim et as
b taroth. Nunc ergo eripe nos de
manu inimicorum nostrorum et seruiemus tibi et misit dominus ierobaa
al et iudan et sampson et iaeth
et iepte et samuel et eruit
vos de manu inimicorum vestrorum
per circuitum et habitastis confidenter
videtes autem quod nahas rex filiorum
amon venisset aduersum vos.
Dixistis mihi. nequaquam. sed rex imperabit nobis cum dominus deus vester regnaret in vobis. Nunc ergo ecce rex